



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

§. XXI. Von der Münsterischen Erb-Männer Sache.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1647.
April.

N. 5.

1647.
April.

Extract aus dem Vertrage, so durch die Kayserliche Subdelegirte den 29. Januarii Anno 1558. zu Wolmirstädt aufgerichtet.

Zum dritten, nachdem ein Hochwürdig Dohm-Capitul die Hdffe in der Südenburg wiederum aufzubauen und zubewohnen bedacht, soll und wil ein Ehrbar Rath die Herrn- oder Dister-Porten auf das allerförderlichste aufbauen, anrichten und erdffnen, also daß sie von dato an in Jahres Frist gefertiget sey, und es damit, wie von Alters her, zu Aus- und Eingang der Dohm-Herren und anderer Kirchen-Personen und ihrer Verwandten, vermöge der alten aufgerichteten Verträge, gehalten werden soll ic.

N. 6.

Extract aus dem Bergischen Vertrage, so den 7. Septemb. Anno 1585. aufgerichtet.

Erstlichen, so viel die vom Rahte zu Magdeburg verrückter Jahre, auf den Graben zweene erbaute Schläge belanget, ist es dahin gerichtet, daß der Rath der Alten-Stadt Magdeburg dieselben, alsbald nach Vollenziehung dieses Vertrages, weg thun und abschaffen soll und will ic.

N. 7.

Extract aus dem Berlinischen Vertrage, Donnerstages nach Assumptionis-Mariae, Anno 1555.

Zum zwölfften, die Sudenbürger und Neu-Städter betreffende, sollen dieselbigen ihrer Nothdurfft nach bauen, doch der Bestunge nicht zu nahe ic.

§. XXI.

Von der
Münsterischen
Erb-Männer-
Sache.

Der in diesem Seculo so sehr bekandte geworden und liberall mit grosser Hestigkeit getriebene Process in der Münsterischen Erb-Männer Sache, welcher schon in der Mitte des XVI. Seculi seinen Anfang genommen hatte, wurde auch auf den gegenwärtigen Friedens-Congress gebracht, wovon die nomine ERBMAN-NORVM exhibirte Deduction sub N. I. den Statum causæ ziemlich deutlich zu erkennen giebt.

N. I.

Representatio Causæ Erbmannorum Monasteriensium.

Reverendissimi, Illustrissimi, Excellentissimi, Illustres, admodum Reverendi, Generosi, Prænobiles, Strenui, Amplissimi & Consultissimi Domini ad Tractatus Pacis universalis cum Plenipotencia deputati Legati &c.

Quas Sacræ Cæsareæ Majestati Maximiliano divæ memoriæ II. Imperii Romani & singularum Provinciarum Ordinibus in Comitibus publicis, Episcopis & Principibus Dicecesis hujus Monasteriensis, ad regimen Patriæ successively vocatis & electis, quondam Reverendus prænobilis & equestris ordinis vir Ioannes Schenkinck, ex familiis Erbmannorum Monasteriensium ortus, atque una Majores nostri super læsione famæ, quæ cuique vita ipsa merito cari-

1647.
April.

or est, militaris equestrisque agnati nobis status, & negata admissione ad Comitiam Canonicatusque Ecclesie Cathedralis Monasteriensis, querelas sepius detulerint, nemo est, harum præsertim ditionum & anteaكتورum vel medio-criter gnarus, qui nesciat. Et quia causa isthæc inter dictum Dominum Ioan-nem Schenckinck ex una nec non Validissimos, Reverendum inquam & præ-nobile Capitulum Cathedralè Monasteriense ex altera partibus, facta est quasi publica, in qua lite omnium Erbmannorum familiarum antiquissima milita-ris nobilitas in quaestionem protracta fuit, tandem autem per diversas senten-tias Adversarii victi nondum errorem suum agnoscant, sed per subordinatas alias atque alias lites, novosque Adversarios, ipsum etiam Serenissimum Prin-cipem, Equiscopum Monasteriensem, Dominum Nostrum clementissimum, contra nos exsuscitarint, humiliter rogamus in tam celebri hoc Pacis gene-ralis Conventu, nostræ tam justæ, tam æquæ, tam favorabili Status causæ assi-istere, Serenissimum Principem sinistre informatum, ipsum Capitulum Cathed-rale, reliquosque ab eodem dependentes viros militares ad concordiam, re-lictis nobis, absque turbatione, Militarium Privilegiis, commovere clemen-ter & gratiosissime dignentur &c.

1647.
April.

Noverint autem Reverendissima, Illustrissima, Excellentissima, Gene-rosissima, Prænobiles, Strenuæ & Amplissima Vestra Dominationes exordi-um litis inde natum, quod Dominus Ioannes Schenckinck, familiis nostris progenitus, vacante in Capitulo Cathedrali Monasteriensi Canonicatu seu præbenda, eandem Pontificia largitate obtinuerit, præsentatis vero Capitulo Cathedrali literis Apostolicis, ob assertum, minime vero probatum defectum qualitatis personæ ad Canonicatum non admissus sed rejectus fuerit, a qua literarum Provisionalium præsentatione cum Capitulo Monasteriense mox ad Sedem Apostolicam in Anno 1557. appellaret, eidemque appellationi Do-minus Ioannes Schenckinck adhæreret, seu eodem beneficio sibi similiter pro-videret, tandem vero post vicennalem gravissimam concerrationem super omnium suorum Progenitorum, ac in genere Nobilium Erbmannorum mi-litari nobilitate victoriam reportarit, offerimus humillime Summarium in Curia Romana coram gravissimis Dominis Auditoribus Rotæ in binis instan-tiis habiti Processus, seu pro militari ista nobilitate Schenckingii omniumque Civitatis Monasteriensis Nobilium Erbmannorum per brevem deductionem, omnibus Sacri Romani Imperii & singularum Provinciarum Ordinibus, atque ipsis Dominis Canonicis Monasteriensibus Ratisbonæ in Comitibus publicis, Anno 1576. Mense Augusto inscriptam, cujusmodi materia status uti viris Principibus & familiaris est amica, ita fore speramus, ut lectorem de iudicio certi & liquidi nostri Iuris, hinc inde pridem deductis, vel modice saltem de-libatis, facile instruat, edoceatque nobilitatem Erbmannorum esse haud novi-tiam vel imaginariam, qualis est hodiernis temporibus Patritiorum, sed anti-quam, veterem, ab ipsis Diœcesis Monasteriensis & Divi Caroli Magni initiis, non minus quam reliquorum militarium ad posteros derivatam, Erbmannos ab ipsis Episcopis & Ordinibus totius Diœcesis Monasteriensis, juxta publica documenta in maximo numero exhibita, ante litem ceptam pro Militaribus habitos, ad militaria Collegia, Cathedrales etiam Ecclesias, Monasteriensem, Hildesheimensem, Bremensem, ad Teutonicorum & Rhodianorum Ordines, aliosque, in quibus non nisi Militares admittuntur, admissos, insignia gestasse militarium supra omnem memoriam, publice, ac privatim, in aulis & bellis Principum pro militaribus reputatos, ad militarium conventus & diatas ad-missos, in exercitio armorum educatos, in iisque pro Patriæ, Principum, Co-mitum, ac Magnatum defensione strenuam navasse operam, matrimonia non nisi cum sui similibus aliisque militaribus contraxisse, omnibus epithetis & titulis in actis scriptisve publicis & privatis, quibus ceteri militaris Status, condecoratos, Feuda Castrensia, Ministerialia, antiqua, de Iure Saxonico pe-culia.

1647.
April.

culiaria militum signa & salaria, ab ipsis Dicecesis Monasteriensis initiis possedisse, & de præfenti possidere, specialem etiam antiquitus in militarium matricula habuisse rubricam sub Nobilium Monasteriensium generali, ante rubricam Vasallorum, prout reliqui quoque nobiles militares non sub una sed sub diversis rubricis, quæ vel a loco vel a præfecturis denominationem accipiunt, comprehensi sunt, seu quæ latius in præmemorata deductione comprehenduntur; Ex quibus omnibus simul junctis cum nobilitas militaris probetur, neque aliter probari queat, idcirco Domini de Rota animadvertentes non solum Domini Ioannis Schenckinck Progenitores omnes, ejusque familiam, sed & familias omnium Erbmannorum Civitatis Monasteriensis eadem lite involutas, iisdemque quasi armis a Capitulo (ad obscurandam scilicet avitam earum nobilitatem) temere quidem, frustra tamen oppugnatam seu oppugnatas, tandem pro Ioanne Schenckinck pronunciarunt, possessionem Præbendæ cum restitutione fructuum & expensarum eidem adjudicando.

1647.
April.

Postquam sententiam Anno 1558. ita promulgatam, litem postmodum Schenckingius sustinuit multo graviolem, nam Canonici Monasterienses tunc quidem fasti sunt, eundem Schenckingium Nobilem esse, sed non militem; Quæ differentia tamen nunquam pendente lite mota, in Dicecesi etiam Monasteriensi prorsus incognita fuerit, utpote quod genere Nobiles semper dicti sint Nobiles Militares; prævaluit tamen Adversariorum potentia, ut & ad probationem militaris nobilitatis præter omnem spem in secunda instantia adigeretur, quam strenue omnique cura subiit, probando non de familia duntaxat Schenckingianorum, sed de omnium etiam Erbmannorum, Nobiles esse & Militares, & quidem ex ipsis Dominorum Adversariorum testibus, quæ fortissimæ sunt probationes de mundo, junctis antiquissimis literariis documentis, sicque secundam sententiam in tanto Auditorio, Viris Illustribus & conspicuis instructo, post vicennalem gravissimam luctam, contentione utrimque facta, velut super Regno totisque Ditionibus, evicit, Sententiis resolutionibusque Dominorum de Rota, sub finem adjuncti Tractatus seu summarie deductionis insertis, contestantibus.

Et si itaque nihil magis ratio Iuris & Iustitiæ exegerit, quam ut rebus judicatis debitus relinqueretur effectus, præsertim cum ipsi Domini Capitulares primi ad Curiam Romanam provocarint, ibidemque status quæstionem Domini Ioannis Schenckinck omniumque Erbmannorum in controversiam protraxerint, decisioni Dominorum de Rota se subjecerint, producendo testes supra numerum quadragenarium; Iuraverint etiam de stando secundæ sententiæ citra beneficium appellationis, revisionis, vel reductionis ad arbitrium boni viri; attamen rursus in hanc ipsam horam Dominorum Adversariorum prævaluit potentia, nec enim Dominus Ioannes Schenckinck ad quietam possessionem Præbendæ & Canonatus, nec Familiæ Erbmannorum ad Comitum Provincialia, in quibus nostri Majores, quotquot senatorio munere haud fungebantur, ante litem motam in & cum ordine militarium comparuerunt, admittuntur, quodque dolentibus animis ac lachrimis una cum uxoribus & liberis deploramus, mutato nomine & Capitulo Cathedrali per diversas sententias ab ulterioribus contradictionibus excluso, his alia sub nomine locum tenentium & Consiliariorum Principis, tamen inter illos sint primores de Capitulo, in Iudicio Imperiali Cameræ Spirensis nobis suscitatur, ex iisdem plane fundamentis, quæ Domini Capitulares in Romana Curia & Rota prodixerunt.

Quando vero nihil deesse potest, quod ad instructionem causæ istius Cameralis pertinere videbitur, duntaxat litium diuturnitas & immortalitas nos exterreat, utpote qui in lite ista denuo nobis suscitata vix ad refutationem nobis

1647.
April.1647.
April.

bis objectarum calumniarum, jam pridem in aliis supremis dicasteriis reje-
ctarum & refutarum, pervenerimus, interea etiam molestissimum nobis sit,
controversias tam graves tam capitales, de fama & statu nobis æque in pretio
atque ipse sanguis, cum Serenissimo Principe & Capite a DEO nobis ordinato
exorbere, a quo omnis potius nostra salus expectanda est, ad cuius Suae Sere-
nitatis, nec non Ecclesiæ Cathedralis totiusque Patriæ splendorem pertinere
censemus, si ordo militaris tanto sit instructior & numerosior, qui in defen-
sione Patriæ communisque necessitatis tantundem semper valuimus, quantum
reliqui militares: quando etiam non ignoramus rem esse Capituli Cathedralis,
ut tot tantique nobis objiciantur adversarii, & sic cum bonorum vicæque ja-
ctura, longo prætera radio consumamur, tamen si Suae Serenitas FERDINAN-
DVS, Patriæ Pater, Princeps longe clementissimus, pro iis quibus abundat cle-
mentia & benignitatis dotibus, Erbmannorum Familias extra strepitum judi-
ciarium, vel saltem citra Cameralis Processus præjudicium audiri, eorumque
jura examinari sæpius annis proxime præteritis, Domino Westerholtio tunc
Cancellariatus munere fungenti mandavit, per secretas tamen aliasque Domi-
norum Capitularium instructiones omnis ille aditus nobis fuerit subversus,
sicque perpetuis hætenus litibus immergamur. Neque hic duntaxat ponatur
obex, sed etiam consilia omnia Provincialia per Adversarios nostros illuc
dirigantur, ut immunitatum omnium ac libertatum in personis, bonis ac præ-
diis si soli ex militaribus capaces sint, qui ad Comitata vocantur; a quibus Ma-
jores nostros, ne Dominus Ioannes Schenckinck istum ad Comitata accessum in
argumentum nobilitatis protraheret, de facto, removerent lite pendente.

Nec interea Vos etiam, Reverendissimi, Illustrissimi, Excellentissimi &
Gratiosi Domini, Legati longe præstantissimi, summis ingenii & doctrinae doti-
bus ornati, ignoretis, quanta sit rei judicatae religio & effectus, maxime in
causa status favorabili, ubi sententia cum iusto contradicere ad jusjurandum
sefe astringente, & quidem tam potenti prænobili Capitulo, nomen hæredita-
rii Domini Diocesis Monasteriensis usurpante, lata est, qua: facit jus inter
omnes; Dicaturque notorius Nobilis, qui taliter per sententiam est declara-
tus, in iudicatum prolapsam. DD. in L. ingenuum. ff. de stat. hom. & in
terminis quidem nobilitatis omnia ad communem æstimationem redigantur,
vel de quo extet communis fama, eum talem esse, præsertim quando quis
probat prædecessores suos privilegiis militarium usos, eaque possedisse vel
quasi, quæ ad Nobilem spectant; ex possessoris siquidem actibus, qui solis No-
bilibus dantur, probatur nobilitas. DD. in L. 1. C. de dignit. Nobis etiam, qui
ex familiis Erbmannorum super sumus, nihil præter gravissima attentata &
de facto lite pendente præsumptas machinationes, quicquam obstat; de bono
jure quondam Joannis Schenckinck omniumque Erbmannorum, per tot sen-
tentias & resolutiones summorum Judicium certi fati & securi, toties perqui-
siti, excussi, & eventilati velut à paleis triticum, ideoque probata saltem vel
summaria de Majoribus nostris possessione seu quasi possessione Nobilitatis,
quod ante litem motam in eadem perstiterint, sicque lite pendente privilegiis
Nobilium gaudere merito debuerint, atque nos debeamus, juxta Doctorum
omnium & Jurisconsultorum unanimum sententiam, de qua Josias Nolden in
tractatu de statu Nobilium civili. c. 18. n. 71. & seqq.

Resumimus vota & preces, de quibus sub initium, ac denuo Vos Pacis &
quietis cupientissimos Reduces, æternum colendos, supplici mente rogamus,
ut nobis tanto radio à lite inter quondam Joannem Schenckinck & Capitulum
exorta, affectis, quietem quoque ac pristinam Pacem cum Serenissimo ac Reve-
rendissimo Principe, Domino nostro Clementissimo, nec non Reverendo ac
Prænobili Capitulo Cathedrali Monasteriensi, consilio & autoritate Vestra
interposita, reducere clementissime & gratiosissime dignentur, hoc est, ut ab

Sunster Theil.

D o

iniqua

1647.
April.

iniqua exclusione nostrarum familiarum à Præbendis & Canonicatibus dictæ Ecclesiæ, etiam de facto lite pendente negatæ admissionis ad Comitatus Provincialia desistatur, sicque ad vestigia Majorum nostrarum redintegremur, parati vicissim pro communi Patriæ & Imperii commodo, vitam sanguinemque profundere. Deus Summus Maximus, qui justum tandem & æquum judicium, præsertim contra rerum judicatarum temeratores, quod pro defensione status juste laborantes depressæ tot familiæ requirunt, larga & divite manu re- pendet, tantos Imperii Proceres longum servet. Monasterii Westphaliæ d. 8. Aprilis 1647.

1647.
April.

Reverendissimarum, Illustrissimarum, Excellentissimarum, Illustrium, admodum Reverendarum, Generosarum, Prænobilitum, Strenuarum, Amplissimarum & Consultissimarum Dominationum Vestrarum

Humillimi Servitores

Erbmanni Monasterienses, de quorum Familiis adhuc supersunt Familia Schenckinck, Bock, Bischofinck, von der Wyck, Tragemann, Kerkerinck, Droste, Steveninck, van der Tinnen, Cleivorn, Drolshagen.

§. XXII.

Nachricht von
dem Reichs-
Lehen Buxtel-
le in den Nie-
der-Landen.

An den Brabantischen Gränzen
liegt eine ansehnliche Baronie, Buxtel-
le, so von weyland Kayser CAROLO IV.
an Theodoricum de Merheim, Militem,
und dessen Haus-Frauen, Marian de Bux-
zell, Anno 1356, sub fide & obsequio
Clientelari, überlassen worden, von wel-
chen es hernach auf Elisabetham de Bux-
zell gebiehet, die selbige Herrschafft von
PHILIPPO BONO, Herzogen von Bur-
gund und Brabant, in der Qualität als ei-
nes Vicarii Sacri Romani Imperii, An.
1439, bey damahligem Interregno, zu Le-
hen recognosciret hat. Worab nachge-
hend die Brabantische Regierung Gele-
genheit genommen, ermelde Herrschafft
sich unterwürffig zu machen, und selbige
mit Tribut und andern Lasten zu beschwe-
ren. Als man aber am Kayserlichen
Hofe Nachricht von der Sache erlangte, so
ergingen deswegen unterschiedliche Verfü-
gungen, welche die Kayserliche Gesandten
auf dem Congress, Inhalts N. I, an das
Reichs-Directorium communicirten,

was Ihro Kayserliche Majestät wegen sol-
ches Reichs-Lehen, sowol an den zeitigen
Besitzer desselben, Grafen Albrecht de
Hornes & Bassigni, nach N. II, als auch
an den Gouverneur der Spanischen
Niederlande, Inhalts N. III, nicht min-
der an die General-Staaten, laut N. IV,
verfüget und gelangen lassen: Worauff
man im Reichs-Rath, Ausweis des Pro-
tocolli Sessionis Publicæ XL, allhier
sub N. V, beschloffen, es wäre von Reichs
wegen so wohl die Königl. Spani-
sche Regierung in den Niederlanden, als
die General-Staaten zu ersuchen, daß sie
bey Vollziehung des zwischen ihnen getrof-
fenen Friedens, zum Nachtheil forthanen
Reichs-Lehens, nichts fürnehmen, sondern
solches bey dem Heiligen Römischen Reich,
auch dessen Inhaber bey seinem freyen
Stand und Reichs-Immediat verblei-
ben lassen sollten: Inmassen das N. IV,
hier anliegende Schreiben in mehrern aus-
weist.

N. I.

Diæt. Osnabr. 4. Maji An.
1647. sub Direct. Mog.

Der Kayserlichen Gesandten Notification an das Reichs-Directorium,
das Reichs-Lehen Buxtel-
le betreffend.

N. 1.
Der Kayserli-
chen Notifi-

Handlung verordneten Herren Plenipotentiaris &c. wird dem löblichen Chur-
Mayn-